



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 20. Græcorum dissensio circa unionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

§. XX.

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.*Græcorum dissensio circa unionem.*

Fervebant non minus acres, quam diu-  
turnæ inter Græcos disceptationes, &  
dissidentium animos in unam cogere  
sententiam, non exigui laboris res erat.

*Conc. Gener.*  
to. 13. p. 467.  
*& seq.*

In unam, inquit Actorum Concilii Scri-  
ptor, *ivimus sententiam Præfules numero*  
*decem, qui sunt hi: Ruthenus, Nicænus, La-*  
*cedæmonius, Mitylenensis, Rhodius, Nicome-*  
*densis, Distrensis, Gannensis, Dramensis,*  
*& Melenicensis Episcopi.* Ex quibus in-  
ferri posse videtur, quod ipse Melenicensis  
fuerit eorumdem Actorum scriptor, qui  
sese ultimo loco numeravit, quamvis ei  
in subscriptionibus Dramensis postpo-  
natur, qui hic priori loco recensetur.  
Subdit idem, ejusdem cum ipsis senten-  
tiæ fuisse Gregorium Patriarchæ Ale-  
xandrini Vicarium, necnon Pachomium  
Abbatem. Accessisse postea Præfules  
Cyzicenum & Trapezuntinum, præter  
Heracleensem, & alium quemdam Epis-  
copum, quorum ille secundus Alexan-  
drini, hic vero olim unioni vehementis-  
sime repugnans Hierosolymitani Pa-  
triarchæ Vicarii erant. Imperator cum  
eos, qui Latinorum caussæ accedere,  
& unionem exoptare videbantur, & nu-  
mero & animo indies crescere cognosce-  
ret,

§. XX.

**Sæcul. XV.** ret, tertia die Junii omnes ad Patriarcham  
**A. C. 1439** chædomum convocari jussit, ut suam quisque sententiam rogatus diceret.

## §. XXI.

*Congressus in domo Patriarchæ.*

Patriarcha ceterorum primus hunc modum sententiam tulit, quamvis sanctorum Patrum aliqui afferant Spiritum Sanctum procedere ex Patre, & Filio, alii ex Patre per Filium, cumque vox pro *Filiū* æquivaleat termino *ex Filio*, et tamen omissa voce *ex Filio* dico, quod *Spiritus Sanctus* ex Patre per *Filiū* aeternaliter, & substantialiter tanquam ab uno principio, & causa procedat, ita ut particula *Per hoc loco* significet causam, *ex qua* *Spiritus Sanctus* procederet. Postea subjunxit, quapropter Orientalibus accedo, qui afferunt, *Spiritus Sanctus* ex Patre, & Filio esse, haud tamen existimo, id Symbolo adjiciendum, sed unum esse faciendam, retentis Graecorum ritibus. Imperator ad particularem questionem non descendit, sed hunc in modum sententiam suam dixit: *Ego præsentem hanc & generalem Synodus nulla ex parte inferiorem existimo omnibus antehac celebratis, igitur pronuntio, me hujus sacrae Synodi constantissime sequi sententiam, quia censeo S. Ecclesiam in sacris dogmatibus*